



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

Vanam esse curam familiae propagandae cap. xxviii

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

des, quos iudicio tuo tibi sic eligas, quos uelis nolis, habere cogaris. Friuola ergo ratio excusanda noxae est proles desiderium: quando tam facile absque adulterio, & absque ulla foeditate, sibi quisque constituere possit pro arbitrio heredem. Quid quod nulli deesse possunt heredes: nisi cui non est, quod relinquat? Celebratissimum est, quod uulgo dicitur, Acquiras facito, nunquam deerit, qui partis gaudeat. Attalus rex. S. P. Q. R. sibi heredem instituit. Horatius, & Virgilius celeberrimi poetae heredes scripsere Augustum. At qui non forte id probas. Ut lubet: alios ostendam, quos honestius, laudabiliusque tibi facias heredes: modo, ut uideris uelle, nil ultra ex hoc tuo adulterio, quam heredem quaerites. En tibi ex confanguineorum, & amicorum numero quicumque, uel si pius magis agendum censes: ecce tibi ubique obuia turba pauperum: ecce noua collegia orphanorum, & pupillorum, & uiduarum quae mauius tibi elige, uel si plus placet, si uis omnia. At qui uero si audire beatum Hieronymum uelimus, nullam curam habebimus de heredum successione post nos: quum multo certior hereditas sit, ut ipse scribit, dum uiuis, bene uti facultate tuo labore parata, quam in usus incertos cuiquam legare post obitum.

Vanam esse curam familiae propagandae. Cap. XXVIII.

Quid est praeterea quod tantopere de propaganda familia tibi elaborandum putes: quando nobis christianis spiritualiter propagari multo saluti fit, quam carnaliter. Nam iuxta illud Apostolicum dictum. *Qui seminat in carne sua de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam aeternam.* Quid ad nos quaeso ubi non erimus, etsi multi post nos fuerint, qui nostrum nomen uel cognomen ferant, ac demittant aliquandiu per successiones ad

Gala. 5.

DE PVDICITIA MARIMONII.

posteris: Vana profecto cura, & cassa sollicitudo relin-
quedi nominis post nos: tum quod uel multi sunt, qui absque
illo nostro negotio eodem plane nomine, & cognomi-
ne quo nos dicantur: tum quod nomina huiusmodi, atque
cognomina in annos paucos antiquata, penitus dilabun-
tur: & intereunt, ut est in multis antiquis familiis uidere:
quae quotidie deficient, aliis subinde nominibus, pro eis
recenter exurgentibus. Et tu tamen inique tanta fœdita-
te propagare familiam per fas, nefasque moliris: nihil ue-
ritus, ne dum tu, tibi tam peruerse hæredem paras, cohae-
res Christi esse distas. Quid enim stultius esse potest,
quàm tam anxie de hærede curare, cui hæreditate post-
te relinquo tuam: & non potius providere de hæredita-
te ipsi tibi qui propediè exutus cunctis his bonis egès
rebus omnibus migraturus es ad ignotas regiones: Ver-
tus est uerbum. Omnes homines melius sibi esse male-
quàm alteri. At tu contrarium agis: de aliis curas, ut be-
ne post te sit eis: et tu te interim negligis, ac nil provides,
ut bene quoque sit tibi, post mortem. Saluti sanè tue fa-
tius est prouidere, quàm hæredi, ac tibi, quàm rebus, qui-
bus nullo potest pacto hæres quandoque deesse, uel do-
minus. Nam res tua alium post alium sortietur domi-
num, usque in sempiternum, ut nulla sit excusatio deserat
sine hærede domus. Vnde Horatius poeta.
Sic quia perpetuus nulli datur usus: & hæres.
Hæredem alterius, uelut unda superuenit undam.

Quam luctuosum plerisque fuerit liberis
genuisse. Cap. XXIX.

Insuper quid est quod debeas tam anxie, & tanto stu-
dio quoquomodo contra leges prolem tibi paratam
re: quasi incommodum aliquod, uel maximum sit,
carere liberis: quum facile, dum sic male tibi procuras
filios, & tollere, & educare pro filio, ac in filio hostem